

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Elemosina ab  
cum uariis

Plus esse dicimus compati ex corde quam dare quia quisquis indigenti perfecte compatitur, minus estimat omne quod dat. Exteriora largiens quod est extra semetipsum prebet. Qui autem fletum et compassionem proximo tribuit, ei eciam aliquid de semetipso dedit.

Gregorius in moralibus.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Elemosina ab] Elemosina ac P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; dicimus] Dominus C; dat *om.* B; quod] et B C